

μιαίων συμβόλων, μεμερισμένης δέ μου τῆς διανοίας. Οὐκ ἡδουλόμην γάρ εἰς τοῦτο ἐλθεῖν. Πάνυ δὲ δλιγωρούσης μοι, σαββάτου διαφαύσαντος καὶ ἥλιου εὐθύς ἀνατείλαντος, ἐπέστη μοι ἄγγελος, εὐαγγελιζόμενός μοι ἔξαιφνης τόκον τινά. Καὶ θορυβηθεῖσα ἀνέκραξα· Μηδαμῶς μοι τοῦτο, Κύριε, ἀνδρα γάρ οὐκ ἔχω. Καὶ ἐπίστωσέ με, βουλήσει Θεοῦ τὸν τόκον τοῦτον ἔχειν.

\*108 \* 'Ημεῖς δὲ εἰπαμεν αὐτῇ· Μῆτερ, μῆτερ, ἀπαντεῖσθαι οἱ θεοὶ Περσῶν ἐμακάρισάν σε. Τὸ καύχημά σου μέγα. Υπερηρσαὶ γάρ πάσας τὰς ἐνδόξους γυναικας, καὶ πασῶν βασιλίδων βασιλικωτέρα ἐφάνησ.

quamdam connubii, mente longe a connubio aliena. Nolui enim ad hoc pervenire. Cum autem prorsus ab eo abhorrerem, sabbato quodam illucescente, sub ipsum fere solis ortum astitit mihi angelus, annuntians mihi subito partum quemdam. Ad quae ipsius verba ego compavescens exclamavi: Nequaquam mihi tale quid contingat, domine, virum enim non habeo. At ille fidem mihi adstruxit, divina me voluntate paritaram.

\*107 \* Diximus autem nos ad illam: Mater, mater, omnes Persarum dii beatam te praedicarunt. Magna est gloria tua. Cunctas illustres feminas antecellis, maiorque est dignitas tua, quam omnium totius mundi reginarum.

#### LIBRI GRADUUM<sup>1</sup>

<sup>PS</sup>  
<sup>III,</sup> 623 Sermo XXI, 16. Porro dixit angelus Mariae: *Pax tibi, benedicta mulierum*, id est, humillima mulierum. *Dominus meus tecum*,<sup>2</sup> propter humilitatem tuam. *Et dixit Maria: confiteor Deo, quia respexit humilitatem ancillae suae*,<sup>3</sup> non \* autem venustatem et divitias. Si enim alia mulier exstitisset Maria humilior, ex ea natus esset Christus, omnium hominum humilius, qui est amicus humilitatis.

2053

#### PRESBYTERORUM ET DIACONORUM ACHAIE EPISTOLA DE MARTYRIO S. ANDREEAE<sup>4</sup>

<sup>PG</sup>  
<sup>2,</sup> 1226 [...] Quoniam de immaculata terra factus fuerat homo primus, qui per ligni praevaricationem mundo mortem intulerat, necessarium fuit, ut de immaculata Virgine nasceretur, perfectus homo, Filius Dei, vitam aeternam quam per Adamum perdiderant homines, repararet, ac per lignum crucis lignum concupiscentiae excluderet.

2054

<sup>1</sup> Opus *Ps.-Macarii* continens doctrinam *Messalianorum* (saec. IV).

<sup>2</sup> Lc. I, 28.

<sup>3</sup> Lc. I, 48.

<sup>4</sup> Epistola apocrypha saec. V/VI. Cf. Lau 156.

• PS III, 211, 442.